

1678.

1. Beckmann, Joh. Volk; *Tr. juris Novae . . . decanus : et com. mentationes 30 leones Zachariae Voeringii . . . innotat*
2. Beckmann, Joh. Volk : *De poenitentia delinquentium.*
3. Beckmann, Joh. Volk : *De crimine maleficii*
4. Beckmann, Joh. Volk : *De jure consiliorum.*
- 5^a & Falckner, Joh. Christophorus : *De jure et privilegiis fisci. 2 5 exempl.*
6. Falckner, Joh. Christoph : *De fide politica sine morali . . .*
7. Friesen, Jo. Bernhardus : *De colore.*
8. Friesen, Joh. Bernhardus : *De jure arborum.*
9. Fessen, Matthias : *De casu disquisitionum juridicorum.*
- 10^a & Lynckerus, Nicolaus Christophorus : *De jure restituentium femae. 2 5 exempl. 1690 & 1731.*
- 11^a & Lynckerus, Nicolaus Christophorus : *De jure restituentium ^{positi.} ~~femae.~~ 2 5 exempl. 1678 & 1746.* privilegiis depo =

1678

12^{a, b, c} Lynckerus, Nic. Christophorus: De fatalibus. 3 Inentl.
1678 & 1742.

13. Lynckerus, Nic. Christophorus: Quo tendant studia
juris?

14^{a, b} Lynckerus, Nicolaus: De commissario Imperatoris
ad negotia status:

44.



16

12

13

14



4623. ~~XXVI.~~
11
DECADEM
DISQVIVISIONUM JU-
RIDICARUM 1678,9

FAVENTE DEO

Permissu atque autoritate

Magnifici Ictorum Ordinis in illustri
Salana Academia

PRÆSIDE

VIRO 151

Nobilissimo, Consultissimo & Excellentissimo

DOMINO MATTHIA Jessen
J. U. D.

Illustris Regiminis Saxo - Jenensis
Advocato Ordinario,

Patrono Fautore & Hospite suo estimatissimo,
ad diem 25. Septembr.

publicè

In Collegio Ictorum

disputabit

THEODOSIUS CHRISTIANUS Stolze
Pirnâ Misnicus.

J E N Æ,

Typis JOH. JACOBI BAUHOFERI,
ANNO M. DC. LXXVIII.



INDEX DISQUISITIONUM.

- I. De Juris Divisione.
- II. De objecto transactionis, & quò tempore quòve modo fieri possit?
- III. An & quomodo subditi in causa superioris testes esse possint?
- IV. An venditor præcisè rem, si possit, teneatur tradere?
- V. An salva sit dos vel donatio propter nuptias uxori, quando bona mariti ob crimen perduellionis confiscantur?
- VI. De Juratoria Cautione ob paupertatem.
- VII. De Jure Expectativæ secundum §. moribus 2. feud. 26.
- IIIX. De feudo foemineo.
- IX. Quibus casibus res sacræ & Ecclesiasticæ alienari possint, & quæ solennitates adhibendæ?
- X. An permissum sit Clericis, resignare functiones suas, & in iisdem vel aliis Ecclesiis munia altiora ambire.

DEUS



DEUS ADSIT!

Decadis Disquisitionum Juridicarum.

DISQVITIO PRIMA.

De Juris Divisione.

Juris cujusvis, jussum & præceptum superioris notantis, *Eckolt ff. de F. & F. §. 16. n. 4.* Fundamentum est majestas. *vid. Vinn. ad Inst. de F. N. G. & C. §. 1. n. 1. arg. l. 3. l. 1. & l. fin. C. de Leg. & const. princ. & edict.* Cùm par in parem non habeat imperium. *c. innotuit, 20. v. quamvis. X. de elect. & elect. pot. & arg. l. 4. ff. de recept. & qui arb. rec.* Illa, prout diversimodè consideratur, ac vel divina vel humana est, *vid. Magn. Dn. Struv. Synt. Civ. Ex. 48. th. 22.* Ita etiam vel divinum vel humanum jus nobis sistit. *Dn. Strauch. Diff. ad Jus Just. 1. aph. 4.* Divinum jus, ratione promulgationis vel est (1) positivum in specie sic dictum, à Deo primùm ipso primis parentibus. *Gen. c. 2. v. 16. & 17.* & postea per Mosen populo Israëlitico in deserto traditum, quò servanda præstandaque præcepit, vitanda prohibuit. *Exod. c. 21. & seqq. Zepperus collat. leg. mosaic. forens. & Rom. theorem. 2.* Quod rursus dilpescitur in morale, ceremoniale & forense. Quorum illud omni generi humano, ceremoniale verò & forense soli populo Judaico, cujus peculiarem legislatorem divinum numen egit, præscriptum. Vel (2) naturale. Quod ipsum autor naturæ, Deus, pectoribus impressit. Idque commune hominibus cum brutis, (analogicè tamen tantùm loquendo) Imperator *in pr. Inst. d. F. n. g. & civ. asserit. Grot. de F. B. & P. l. 1. c. 1. n. 11. Vinn.*

1. Fundamentum juris majestas.

2. Quæ vel divina vel humana.

3. Unde etiam jus vel humanum vel divinum, idq; vel positivum.

4. quod triplex, ratione objecti.

5. Vel naturale.



6.
Aut Gentium
primævum &
secundarium.

7.
An hæc divi-
sio J. G. pro-
banda sit?

8.
Comparatio
J. G. secunda-
rii cum con-
suetudine,

9.
An non potio
J. G. secunda-
rium ad jus
humanum
quàm divi-
num referen-
dum?

10.
In jure gent.
an nova ap-
probatio ma-
jestatis divi-
næ necessaria?

4

ad Inst. cit. tit. princ. cum allegat. Pacius ad Inst. pr. eod. tit. ubi super vocabulo naturæ addit: per naturam non significari natura- lem rationem, quæ est hominum propria, sed instinctum natura- lem omnibus animalibus communem. Aut (3) Gentium: idque vel primævum, vel secundarium §. 1. & 2. Inst. cit. tit. Magn. Dn. Ziegl. pro tempore Consiliarius Saxon. Electoralis & Ordinaris Facultatis Jurid. Witteberg. Comment. ad Hug. Grot. de. J. B. & P. l. 1. c. 1. §. 10. Cui Doctorum divisioni quamvis varia ob- jiciantur, inprimis verò quod ne indicium quidem aut ver- bum in Jure civili & locis ejus, ubi de hac materiâ agitur, re- periri possit, nobis tamen sufficiat, licet non expressum no- men, vim tamen nominis & ipsam rem ibi adesse. De Secun- dario autem Gentium Jure ferè idem, quod de consuetudine in §. 9. Inst. cit. tit. habemus, dici potest. Sicut enim hæc non expressâ sanctione, sed tacito & diuturno civium usu induci- tur; ita illud, usu & necessitatibus humanis exigentibus inter Gentes constitutum §. 2. Inst. cit. tit. Ludov. Disp. 1. th. 9. lit. C. Vinn. ad §. 1. Inst. cit. tit. n. 3. in fin. Magnif. Dn. Ziegler. comment. cit. ad Grot. l. 1. c. 1. §. 14. Neque officit, quòd, cum jus hoc ob usum & necessitates humanas gentes sibi constituerint, id potius ad humanum quàm divinum quoad causam obligandi, referen- dum videatur. quod Grotius l. 1. c. 1. §. 14. & Brunnem. ad ff. l. 1. de J. & J. n. 11. facit. Respondemus enim: Hoc jus proximè ad- huc ex ipso jure naturali & ejus principiis derivari, eundem- que autorem, Deum nimirum, agnoscere, ad quem ut rectè referuntur, quæ immediatè ex ipsa ratione deducuntur, ita quoque quæ mediate s. per ratiocinationem ex primis prin- cipiis colliguntur, eidem accepta ferenda sunt. Adeoque, cum de novo haud constituatur, sed ex ipsa ratione sit, novâ etiam divinæ majestatis approbatione, (quod aliàs necessa- rium in consuetudine,) opus non habet, quia non in se ipso, sed alio, naturali nimirum, nobiscum nato & jam ab initio in- mo-



modum legis nobis præscripto se fundat: Quamvis fortè nec absurdum adeò sit dicere, Jus Gentium, (si quoad consensum quoque cum consuetudine comparare velis) à Divina majestate, vi omnipræsentiæ ejus, de quâ nobis dubitare religio sit, approbari tacitè ejusque consensu confirmari: Unde porro illud non minus naturâ suâ justum esse, quàm jus naturale, patet, tum si fundamentum attendas & conservationem gentium societatumve, tum etiam si consideres autoritatem divinam, quæ omnem injusti suspensionem excludit. Deinde, non humanum planè inventum esse, sed majorem, adeoque divinam vim & potestatem jus hoc pro fundamento agnoscere statuendum est ob consensum & submissionem absolutam, quam nulla gens, nisi inter moratiores censerit nolit, ei denegabit unquam. Quæ sanè submitio non potest dici facta ob promulgationem aut tacitam approbationem juris hujus à majestate humana, quarum neutra facta, nec fieri potuit, cum non, nisi Deum Gentes universim sumptæ superiorè recognoscant: Neque etiam tacito consensui soli talis producendæ obligationis potestas tribui potest, per ea quæ tradit *Heinr. Henriganes. in Comment. ad Grot. de J. B. & P. l. 1. cap. 1. §. 4.* Et quamvis intuitu utilitatis insignis, ex hoc obsequio manantis, ista gentium submitio aliquo modo sustineri possit, tamen, ut Jus hoc vim legis obtineat, (liceat enim nobis verba *Dn. Pufendorffii cap. 3. §. 10. de off. hom. & civ. mutuari*) necessum est, præsupponi Deum esse, & suâ providentiâ omnia regere, eundemque mortalium generi injunxisse, ut rationis dictamina tanquam leges ab ipso vi congeniti luminis promulgatas, observent. Jam verò Jus Gentium Jus naturale tanquam regulam sequitur, non quidem simpliciter, cum circa ea, quæ in se arbitraria magis sunt, quàm necessaria, versetur, sed pro statu & conditione gentium & negotiorum humanorum. Notandum verò quod Jus naturale, quod ali-

A 3

11.
Jus G. non minus justum quàm naturale.

12.
Ulterius, jus G. ad divinû rectè referri, probatur ex submissione populorum.

13.
Disquiritur de causa hujus submissionis

14.
An forte respectu utilitatis.

15.
an vero respectu supremi legumlatoris, Dei.

16.
Jus naturale; quod & pri-

maevum G.
quandoq; di-
citur, non
mutatur,

17.
Jus G. v. se-
cundarium
mutatur.

18.
Juris natura-
lis vis circa
obligatio-
nem.

19.
It. Juris Gent.
secundarii.

20.
Jus humanū
omne civile
est.

21.
Ejus funda-
mentum ma-
jestas huma-
na.

6
quando etiam Jus gentium, primævum sc. dicitur, non pos-
sit mutari §. 11. *Inst. h. t.* & licet fiat interdum, ut in his acti-
bus, de quibus Jus naturale aliquid constituit, imago quæ-
dam mutationis fallat incautos, non tamen revera Jus na-
turæ mutatur, sed res, de quâ Jus naturæ constituit, quæque
mutationem recipit, *Grot. de J. B. & P. l. 1. cap. 1. §. 10. num. 6.*
ubi exemplis hoc ipsum illustrat. Jus Gentium autem se-
cundarium, ut natum est ob utilitatem & necessitates hu-
manas, ita etiam iisdem cessantibus, cessat, cum non ha-
beat amplius, circa quod versetur aut ubi resideat mutatâ
priori rerum facie & statu. Hinc fluit, vis & duratio obli-
gationis & obsequii juribus hîsce debiti. Jus naturale, quod
& Jus Gentium, primævum sc. aliquando dici consuevit,
semper obligat ad sui observantiam, utpote objecto ejus,
turpi sc. & honesto in se nunquam recipiente mutationem.
Idemque omnes obligat: Inhæret enim pectoribus, cordi-
busque nostris infusum inscriptumve est à summa, quæ
omnibus sine fine imperat, majestate, Deo; Cujus territo-
rium, ut limites non agnoscit, ita nec Jurisdictio ejus & po-
testas ferendi leges coarctari ullo modo potest. *arg. l. ult. ff. de*
Jurisdict. Jus Gentium verò, quod secundarium appellatur,
quia pro statu rerum in præceptis suis mutabile est, tantum,
quoad durat status idem, ad eorum observantiam gentes li-
gat: nam deficiente usu priori & emergentibus necessitati-
bus novis aliæ etiam novæque Juris gentium regulæ subna-
scuntur. Sed nunc ad Jus, quoad originem, humanum ac-
cedimus, quod omne civile & pro diversis ac variis Rebus-
publicis diversum æque ac varium est. Fundamentum ejus
est idem Majestas, quam ad differentiam divinæ, & ratione
objecti cui inhæret, humanam appellavimus. Eandem ta-
men si aliquis ratione commissæ coelitus potestatis divinam
dixerit, non repugnabimus. Rempublicam autem accipi-
mus

7
mus in latitudine suâ pro ordine parentium & imperanti-
um; sive regnum, sive Politiam, seu aliud Genus regiminis
statuas. Modus constituendi Jus hoc est duplex. Vel enim
expressa sanctione & eo animo, ut Jus sit, promulgatur; Vel
tacitè usu introductum à superiore approbatur. Impera-
tor in §. 3. *Inst. de J. n. g. & civ.* sub vocabulis scripti & non scri-
pti Juris effert. Sub scripto Jus publicè promulgatum in-
digetans, sub non scripto id, quod usu & tacito majestatis
consensu invaluit, notans. §. 9. *Inst. e. d.* Unde nonnulli pro-
prio vocis sensui inhærentes statuunt, ad juris scripti essen-
tiam necessariam esse scripturam, inque eâ differentiam spe-
cificam à consuetudine ponunt. Sed cum hæc differen-
tia & denominatio, à publica promulgatione, (quæ etiam
per præconem fieri poterat,) veniat, meritò ab iis recedi-
mus cum *Ludvvel. Ex. 1. th. 8. lit. c. d. & Vinn. ad §. 3. Inst. cit.*
sep. tit. num. 1. Bachov. ad tit. de J. & J. rubr. de divis. & spec. Jur.
civ. Ut ut enim concedamus, plerunque fieri solere, ut scri-
ptura adhibeatur, quo melius & apertius ad omnium noti-
tiam leges pervenire queant, *l. 2. §. 4. ff. de orig. Jur. & om.*
mag. Nunquam tamen substantialem juris scripti formam
constituet: Aliàs enim etiam consuetudo in scripturam re-
ducta ad Jus scriptum referenda esset. Obligatio hujus ju-
ris non est ita universalis, ut ea quæ ex jure naturali aut
Gentium oritur. Non enim egreditur fines Reipublicæ in
quâ Jus latum, nec alios quàm cives & subditos ejus ob-
stringit. Inter subditos verò numeramus etiam advenas
& hospites. Nam licet hi propriè subditi dici non possint;
Quamdiu tamen in loco aliquo commorantur, quadam ra-
tione Domino ejus loci subsunt, adeoque intuitu eorum,
quæ ibi agunt, legibus ibidem vigentibus obsequi debent;
Quia ad gubernationem populi moraliter necessarium est,
ut qui ei vel ad tempus se admiscant, quod fit intrando

tex-

22.

Quæ in omni
Rep.

23.

Modus con-
stituendi Jus
civile duplex.

24.

Probatur ex
§. 3. *Inst. de J.*
N. G. & C.

25.

Quæ an ad sub-
stantiam juris
scripti neces-
saria sit scri-
ptura.

26.

Et negatur.

27.

Jus scriptum
obligat sal-
tem subditos.

Quibus ac-
censentur ad-
venæ & hos-
pites.

28. Et ad tempus tantum obligat. *Hug. Grot. de J. B. & P. l. 2. cap. 2. aph. 5. & cap. 11. aph. 5. num. 2. in fin. Dn. Struv. S. C. Ex. 2. th. 12. cum alleg.* Obligat verò Lex & Jus civile eò usque tantum, donec contrarià lege & usu abrogetur. Consuetudo, quæ Jus non scriptum constituit, inducitur moribus parentum, & tacitâ, ut dictum, majestatis approbatione. Hinc videmus, sive apud unum, sive apud omnes aut verò penes Optimates potestas summa sit, & in omni denique Republica consuetudinem locum habere. Neque obstabit nobis *L. 32. §. 1. ff. de LL. Sctis & long. consuet.* illa enim ita de statu populari loquitur, ut tamen ceteras formas non excludat, aut eis hanc facultatem denegat. Quantum verò tempus & quot actus, ut consuetudo fieri possit, requirantur, in genere arbitrariæ Judicis dispositioni relinquit majestas, ut tamen tempus non nimis breve & plures actus sint ex quibus Jus colligi possit *arg. l. 1. §. ult. ff. de Jur. delib. arg. l. 9. C. de bon. aut. jud. possid. add. Ludov. D. 2. th. 14. lit. e.* Quid Pontifex in hoc puncto statuatur tradit *Desselius erot. Jur. Can. de consuet. quest. 6. vid. Ungepaur. ad eund. Decretal. tit. à num. 12. usque ad 19.* Est consuetudinis eadem vis & autoritas in devinciendo, quæ legis *l. 35. ff. de LL. Sct. & long. consuet.* Imo abrogare potest legem priorem, quatenus ipsa posterior est *§. 11. Inst. de J. N. G. & C.* licet obstare videatur, *l. 2. C. qua sit long. consuet.* quæ refertur etiam *in can. 4. dist. 11.* Omne denique Jus est vel universale vel particulare. Particularitatis exemplum in jure divino exhibent nobis jura ceremonialia & forensia, Reipublicæ Judaicæ tantum data, nec ulterius vim suam exferentia. Universales Juris species sunt. Naturale, positivum divinum & Jus Gentium quæ omnes homines obligant. Jus civile sec. quid universale aut particulare est: Universale quod omnes ejusdem Reipublicæ cives tenet: Particulare, quod non
29. Consuetudo quomodo & in qua Rep. induci possit.
30. Evolvitur 1. *§. 1. ff. de Legibus.*
31. Quantum tempus quotve actus requirantur ad introducendam consuet.?
32. Quid jure Can. statutum, remissivè.
33. Obligatio ex consuetudine fluens proponitur, & ejus vis.
34. Divisio juris in universale vel particulare.

9

omnes: & hoc aliquando certo cuidam municipio aut collegio, (quod statutarium) aut etiam personæ datur, atque tribuitur, unde personale Imperatori dicitur §. 6. *Inst. dict. tit.* Nec omittenda juris divisio quâ Jus omne ratione objecti in publicum & privatum dispescitur, de quâ *vid. Habm. in not. ad Wes. de j. & j. num. 14.* qui summam hanc divisionem statuit, omneque Jus quod in mundo est vel circa res publicas vel privatas tanquam cardines volvi. Quorum illud principaliter ad statum Reipublicæ pertinet *vid. §. 4. Inst. de J. & J. in eum Vinnius. num. 1. Eckolt. eod. tit. ff. §. 18.* Hoc, quod ad singulorum utilitatem respicit *dict. §. 4. Inst. vel ut Brunnemannus ad l. 1. ff. de j. & j. effert.* quod circa causas titulorum privatorum occupatum est. Licet enim per consequentiam eveniat ut illud privatam & hoc publicam utilitatem intendat. Non tamen hic intentionis sed objecti formalis ratio habetur. Subjungi posset & alia juris in Ecclesiasticum & seculare divisio sed cum brevitati studeamus, aliis ea quæ à nobis omiſsa sunt, diligentiori & feliciori tractanda studio relinquimus.

DISQUISITIO SECUNDA.

De objecto, tempore & modo transactionis.

Transactio vel latissimè accipitur, pro fine & terminatione cujusvis negotii, teste Cicerone in orat. pro Roscio Comœd. ubi negotium per nuncium transigere, & alibi negotium transigere, pro finire dicit. *l. 229. ff. de V. S. ibique Gœddæus, Alciatus & Wissenbach. ad l. 230. ff. dict. tit.* Vel in specie & in sensu Juridico, pro decisione rei dubiæ aut litigiosæ per conventionem factâ, dato aliquo vel retento aut etiam promisso *l. 1. ff. de transact. junct. l. 38. C. eod.* De hac posteriori & po-

B

39.
Exempla
particularis
divini itemq;
universalis.

36.
Humani uni-
versalis ut &
particularis
exemplum.

37.
Divisio juris
in publicum
& privatum,

38.
Ecclesiasticum
& seculare.

1.
Transactio-
nis vox vel in
communi no-
tatu accipi-
tur.

2.
Vel in sensu
juridico. Hu-
jus descriptio

3.
Transactio-
nis juridicè
acceptæ ob-
jectum affir-
mativum, res
incerta.

4.
Evolvitur 1.
31. C. detrans-
act.

5.
Et Lis & qua-
liter compa-
rata esse de-
beat hæc.

6.
Transactio-
nis objectum
negativum.

7.
De re judica-
ta, alimentis
&c. queritur
num. etiam
ad id refe-
renda?

tissimum ejus objecto & quo tempore quove modo fieri possit, nobis nunc erit sermo. Objectum sistit *l. 1. ff. b. t.* his verbis. **QUI TRANSIGIT, QUASI DE RE DUBIA ET LITE INCERTA NEQUE FINITA TRANSIGIT.** Et hoc est de substantia transactionis, asserente *Natta, conf. 543. num. 29. & seqq.* Negotium enim definitum & certum eâ non opus habet; Nihil obstante *l. 31. C. b. t.* Nam vocabulum certa ibi non de puncto juris sed determinatio-
ne corporis accipi debet: aut, uti *Wissenbach. ad ff. Vol. 1. disp. 10. th. 3.* explicat, per rem certam non ibi intelligitur res indubitata, liquida, expedita, sed una aliqua res, veluti fundus judicio petitus, Non tamen requiritur, ut præsens lis sit & pendeat, sed sufficit, quòd oriri possit: & probabilis futuræ litis metus subsit. *Mantica de tacit. & ambig. convent. l. 26. tit. 1. num. 13. Anton. Perez. C. h. t. num. 6.* Species autem & exempla rerum dubiarum ac in lite versantium passim tradunt *Dd. ad h. t. de transact. vid. Dn. Struv. S. C. Ex. 6. th. 56. usque ad 63. Perez. C. eod. num. 6.* Hinc sequitur quod res aut jus omninò certum ac indubium transactionis non sit capax, ut & ea, de quibus transigi specialiter lege prohibitum, ut sunt de Jure Civili crimina non capitalia & ex capitalibus adulterium *l. 18 C. b. t.* de quibus tamen hodie transigi poterit. *Carpz. prax. crim. p. 2. q. 71. num. 31. 34. & p. 3. q. 148. num. 17.* & Jure Canonico matrimonium si ad dissolvendum illud agatur. *c. ult. X. de transact. Gail. 2. observ. 94. num. 14.* Referuntur etiam huc alimenta ultima voluntate relicta & controversiæ ex testamento orientes. Item res judicata: Verùm circa priores duas species non prohibita est transactio, sed tantùm aliquo modo ob favorem alimentorum & ultimarum voluntatum circumscripta, ut patet ex *l. 6. h. t. l. 1. §. 1. ff. quem. test. aperiuntur. add. Gail. 2. obs. 139. num. 10. l. 8. pr. ff. de transact. Brunnemann. ad. h. t. ff. l. 8. num. 1. 2. 3.* Et posterior nimirum
res

res iudicata natura sua sub transactionem non cadit, si verè talis sit & in vim suam transierit. Talis verò non est, si vel Appellatio intercesserit, vel appellari adhuc possit. *l. 7. pr. ff. h. t. vel incertum adhuc sit, an sententia valeat, l. 23. §. 1. vers. quid ergò ff. de condict. indeb. Brunneinan. ad eand. num. 2. & ad l. 7. ff. de transact.* Circa tempus transactionis notandum, quòd omne tempus vel feriatum sit, vel non feriatum: De posteriori nullum est dubium, quin eò transigi possit. De feriato tamen res non adeò expedita est. Comprehendit verò hoc vel divinas vel humanas ferias, & à forensibus negotiis dat vocationem. *l. 9. ff. de fer. & dilat. & div. temp.* Ac siquidem divinæ sint feriæ, omnes actus & publici & privati quiescere debent. *l. 8. C. de feriis & actus iudiciarius si expediatur, nullus est ipso jure. l. 36. ff. de recept. & qui arbit. rec. ut sent. dicant ibique Brunneinan. ut & ad l. 6. ff. de feriis*, ubi ad ferias etiam humanas id extendit, cum limitatione tamen, nisi scientibus partibus actus talis celebratus sit: quia renunciare possunt privilegio ex hisce feriis ipsis competenti. Si tamen necessitas urgeat aut pietas iudeat, etiam divinis feriis peragi talis actus poterit *c. fin X. de feriis*. Hinc patet, transactiones, quæ sine strepitu iudicii & causæ cognitione fieri possunt, obtinere vires, quocunque tempore factæ sint. *l. fin. C. de transact.* Quæ autem ejus conditionis non sunt, ut habemus exempla in *l. 6. l. 8. pr. ff. de transact. l. 1. §. 1. ff. quem test. aperiantur*. omninò transactionem respicere feriis divinis, admittere verò humanis, quia in his partibus non contradicentibus Jus rectè redditur *l. 1. §. 1. l. 6. ff. de feriis & dilat.* quod fortè & Dominus Struvius innuit. *S. C. Ex. 5. th. 35. in fin.* An verò die an nocte transigatur, nihil interest. Cum nullum tempus nisi expressè lege notatum exceptumve ejus qui sanæ mentis & major 25 annis est consensum repudiet. *l. 20. C. de transact.* in quâ secun-

8.

Quæ sit res iudicata verè talis?

9.

Divisio temporis.

10.

In non feriatum & feriatum, quod comprehendit vel divin. vel human. ferias.

11.

Applicatio ad transactiones.

12.

An etiam nocte transigi possit?

13.
Etan tunc lu-
mina adhibe-
ri debeant, ut
actus valeat?

14.
Antransactio
gratuita esse
queat?

15.
Transactio fit
vel per pactū
nudum.

16.
Vel per con-
tractum five
nominatum
five innomi-
natum.

17.
Quæ actiones
tunc ex con-
tractu inno-
minato dan-
tur

dâ noctis horâ transactionem intercessisse dicitur. Num autem etiam lumina adhiberi debeant, ita ut iis non adhibitis transactio inutilis sit, quæritur ob rationem legis. *l. §. 10. verb. tria lumina ff. de Ventre inspiciendo.* Respondemus: Ex facto iudicem arbitrari debere, an res talis sit, in qua ex luminum defectu fraus adhiberi potuerit. *Trent. Vol. 1. D. 7. th. 2. lit. a.* & tunc lumina erunt necessaria & sine iis inita transactio inutilis, non quidem principaliter ob defectum luminum, sed quia per eum fraus & dolus intervenisse præsumitur. Aliàs regulariter, si fraudis metus non adsit, etiam in tenebris transactio rectè celebratur. Quomodo transigi possit, loquuntur verba *l. 38. C. b. t. DATO ALIQUO, VEL RETENTO VEL PROMISSO*, sive res corporalis sit sive incorporalis, mobilis aut immobilis, aut etiam compensatio inter debitum creditumve fiat, quia lege non distinguente, nec nos distinguere debemus. Non igitur gratuita conventionem iniri potest transactio, licet de pacto aliud dicendum sit. Fit autem transactio vel per pactum nudum *l. 17. l. 28. C. de transact.* Et tunc, licet Jure civili non actio, tamen exceptio secundum naturam pacti nascitur. Vel etiam per contractum, eumque vel nominatum vel innominatum. *l. 6. l. 15. C. b. t.* Nimirum per contractum nominatum procedit, si adjiciatur stipulatio, & tunc ex stipulatu agitur *d. l. 6.* Per contractum verò innominatum, quando post pactum interpositum ab altera parte implementum, quod formale contractuum innominatorum constituit *Dn. Struv. S. C. Ex. 6. th. 31.* secutum fuerit. Et tunc præscriptis verbis actionem, utpote propriam hisce contractibus, nec quicquam obstante *l. 5. §. 3 ff. d. præscript. verb.* competere innuit & expressè tradit *d. d. l. 6. C. d. transact.* Datur etiam actio ob causam datorum, seu causa data, causâ non secuta ad repetendum datum. Sed nostrum nunc non est hisce actionibus insistere.

DIS-

DISQUISITIO TERTIA.

An & qua ratione subditi in causâ superioris testes esse possint.

Arcadius Charisius in *l. 21. §. 3. ff. de testibus* informaturus iudicem de testimonio, **CRENDENDUM ID EST, inquit, FAVOR & inimicitia inhabiles testes reddunt.**
QVOD NATURÆ NEGOTII CONVENIT, ET QVOD INIMICITIÆ SUSPICIONE CARET. Quæ causâ, quia cum pluribus aliis, quas nos studio nunc omittimus, non in paucas personas cadant passim videmus, in legibus, quarundam testimonia non admitti: *l. 3. §. 5. ff. de testibus. l. 8. & authent. si testis. l. 12. C. eod.* Nisi in casu necessitatis & defectu omnis alius probationis: Nam tunc, si veritas aliter haberi nequeat, etiam coguntur ad testificandum. *Hosto. in c. 2. X. de test. cogendis Colerus p. 2. decis. 24. n. 6.* In subdito, quin eadem suspicio locum habeat, non dubitandum est, tum ob naturalem, quæ cum sanguine quasi transmittitur, erga dominum, propensionem, tum ob juramentum ac fidem subjectionis, **Suldigung / Erbpflicht.** *Besold. thes. pract. verb. Suldigung / homagium aliquando, improprie licet dictum. sap. laud. Dn. Struv. S. F. cap. 8. aph. 6. num. 9.* tum etiam ob vim & potestatem jubendi superiori in subditos competentem. Ut ideo non immerito *l. 6. ff. de testibus* disponat: **IDONEOS NON VIDERI TESTES, QVIBUS IMPERARI POTEST, UT TESTES FIANE.** Quem textum, quamvis nonnulli ad eos tantum, quibus vel ratione patriæ potestatis, vel particularis & privatæ Jurisdictionis; (qualis dominorum in servos) non ratione publicæ & universalis, (ut nobilis aut princeps in subditos habet,) imperari potest, restringant, non tamen satis probantur *Carpzovio in Jurispr. forens. p. 1. c. 16. def. 64.* ubi illis etiam sufficienter respondet *n. 3.* Regulariter igitur subditos ut tales ad testimoniū in causis superiorum,
 2. Subditus non caret suspicione gratiæ erga Dominum.
 3. Ideoq; in ejs causâ testari nequit ex *l. 6. ff. de testib.*
 4. Regula ponitur.

5. Eius exceptiones tum de jure civili tum moribus referuntur.

6. Confirmantur præjudiciis.

7. Quam rationem mores respiciant in hoc passu.

6. Recensentur causæ ob quas relaxatio juramenti hujus necessaria. nim. (a) ad promovendâ libertatē sub-

riorum, tam de Jure civili, quam moribus admitti non posse, verum est. *dict. l. 6. ff. de test. Dn. Brunneman. process. civ. cap. 20. n. 18. Wesenb. h. t. ff. n. 3. Dn. Struv. S. C. Ex. 28. th. 39. Wissenb. part. 1. ff. D. 43. th. 31. princ.* Exceptio tamen est, & admittuntur, de jure quidem civili, si alia probatio haberi nequeat, secundum usum verò modernum, si remissum sit Juramentum ac fides subjectionis. De quâ fori observantia testatur *Mod. Pistoris vol. 1. Consil. 7. n. 26. verb.* Aber in practicâ habe ich observiret, daß man in solchen Sachen die Untertanen der Pflicht damit sie denen Herren verwandt, loes gezelet so viel das Zeugnis belanget &c. *vid. Eckolt. ff. de test. §. 3. n. 111. cum antea citatis. Richt. Decis. 31. n. 27.* ubi hoc præjudicium refert: Daß die von klagenden Fiscal benannte Lehnische Untertanen ihrer Eydend/ damit sie ihren Landes Fürsten zugethan und verpflichtet / disfalls zu sönderst zuerlassen / und denn mit dem gewöhnlichen Zeugen Eyd zubelegen seyn. *add. responsum posterius à Carpzovio Jurispr. for. p. 1. C. 16. def. 64. allegatum.* Quia tunc in puncto testimonii dicendi suspicio gratiæ aut favoris ob relaxationem istam cessat. Quæ ratio cum æque militet, si pro Domino ac si contra eundem Testes producantur subditi, idem utroque casu videtur statuendum. Licet verò quis opponat, non opus ad eò esse hâc juramenti subjectionis remissione; cum nemo tam insipida mentis sit, cui non ex rectæ rationis dictamine constet, se quidem obsequium & reverentiam superioribus, majorem tamen veritati debere: Ei respondemus: Omnino eâ opus esse: & quidem primò ob id, ut eò confidentius veritatem eloquantur subditi, soluti jam, quoad hunc actum, nexu subjectionis, & jussu quasi ab ipso superiore suo ad confitendum verum accepto: Quod non ita liberè facturi erant, adstricti adhuc vinculo istius juris jurandi; quia devotio erga superiorem & cum ea combinatus affectus ardentissimus, sibi soli relictus saniora con-

consilia vix admittere præsumatur: , cum persuasum si-
 bi habeant subditi, quoquo modo ad res superiorum promo-
 vendas se teneri. Deinde etiam opus eâ est, ut omnis suspicio
 gratiæ adversario adimatur, quæ non potest non, ut ex dictis
 apparet, adesse dum obligatio ista durat. Sed dicat quis: U-
 trumque obtineri posse per juramentum quod testibus in-
 jungi secundum ordinem & receptum judiciorum morem
 consuevit. Respondemus: Sufficiens istud juramentum in
 hoc puncto non esse. Sed quia extraordinariè tantùm &
 non regulariter, ut supra dictum, subditi testes esse possunt
 in causis superiorum: Ideò etiam irregulare quid circa testi-
 monia eorum observandum non immeritò obtinuit; & hoc,
 præter alias causas, etiam ad excitandum majus veritatis in
 illis studium. Cujus exempla ut in multis aliis juris materiis,
 ita in primis in juramentis solennibus videre licet. Remittit
 vero jusjurandum subjectionis is cui juratum: Sive princeps,
 sive nobilis sit. Et tunc, quantum ad hunc passum opus est,
 liberatur subditus ab obligatione, quam per sacramentum
 subjectionis in se suscepit, ut scilicet jam non teneatur attendere
 commodum superioris sui; sed veritatis in dicendo testimo-
 nio rationem unicè habere debeat. Id quod *Grot. etiam*
l.2.c.13.n.16. assertit. Ubi inquit: **SI TAMEN JURAMEN-**
TUM UTILITATEM SPECTET ALICUJUS, AT-
QUE IS EAM NOLIT, NON TENEBITUR, QVI
JURAVIT. Effectus remissionis hujus est, ut qui alias inha-
 bilis in superioris causa testis erat, nunc quasi legitimatus sit
 & habilis factus ut depositio ejus fidem mereatur si alia non
 obstant.

DISQVISITIO QVARTA.

An venditor præcisè, si possit rem tradere tenea-
 tur; an vero præstando interesse liberetur?

Post

ditorum in
 testando.

7.
 b. ad omnem
 gratiæ suspi-
 cionem adver-
 sario adimen-
 dam.

8.
 Ad objectio-
 nem aliquam
 respondetur.

9.
 Quis remittat
 juramentum
 subjectionis.

10.
 Effectus re-
 missionis
 quis?

1. **Ex emptione actio utrinq; directa.** Post contractum emptionis venditionis initum directa utrinque actio nascitur, quia principalis ab utraque parte intercedit obligatio. Vicijus vel pretium vel merx sive res vendita tradenda. De posteriori nos agimus. Et quamvis apud Interpretes controversia non careat, an in libero venditoris arbitrio relictum sit vel rem ipsam tradere, vel interesse prestare, teste *Gædd. de contrah: stipul. c. 8. n. 65. seqq.* Nobis tamen eorum complacet assertio, qui non liberari venditorum prestatione ejus quod interest, sed ad rei venditæ traditionem, (modo habeat facultatem tradendi) præcise adstringi statuunt. Non incelebre hujus sententiæ argumentum subministrat nobis natura hujus contractûs. Cùm enim sit bonæ fidei, ut alias omnes contractus consensuales *LudVell. Comment. princ. Inst. de empt. vend. n. 2.* nihil etiam magis ei congruit, quam id præstari quod inter contrahentes actum est *l. 31. ff. de positi. l. 11. ff. de act. empt.* Est vero de re non de interesse præstando actum. Accedit quod plurimum emptoris interesse possit, rem habere potius, quam pecuniam loco ejus quod interest oblatam, licet rem longè superet. *vid. Perez. C. de act. empt. & vend. n. 4.* Neque per rapinam quasi jus ad rem quæsitum invito emptori auferri debeat *arg. l. 70. ff. de rei vind. jung. Perez. loc. cit.* Præterea certum est, emptionem esse contractum nominatum. Jam vero nominati contractus per naturam suam consistunt in certo determinatoq; contrahendi modo, jure gentium in illis negotiis, quæ eum admiscere, inducto: ut adeò inde non magis (quoad effectum consensus) possim dicere emptionem esse absque pretii & rei traditione, quam mutuum absque translatione domini aut locationem sine mercede & usu rei locatæ, quia hæc consensum necessario insequuntur, licet alias contractus ratione præcedentis consensus perfectus sit. Adstipulatur porrò nobis *l. 11. §. 1. ff. de act. empt. vend.* quæ in fine sic habet. **QVODSI NIHIL INTER**
2. **Venditor præcise rem tradere debet.**
3. (a) **ob naturam contractûs emptionis**
4. (b) **quia potius rem quam interesse habere emptori conducit.**
5. (c) **& alias invito jus suum auferretur.**
6. (d) **Quia modus hujus contractus certus determinatusque est.**
7. (e) **Ex l. 11. §. 1. ff. de act. empt. vend.**

17

TER CONTRAHENTES CONVENIT, TUNC EA
PRÆSTABUNTUR QUÆ NATURALITER IN-
SUNT HUIUS JUDICII POTESTATE. Quod vero
traditio insit naturaliter emptioni perfectæ, vel inde patet,
quia nullibi in legibus videmus æque adjici pactum emptio-
ni, quo conveniatur rem tradi debere, ut videmus adjici ut
venditor omnem diligentiam, *arg. l. 35. §. 4. ff. de contrah. empt.*
imò & periculum suscipiat. Cujus rei sanè exemplum in le-
gibus proponeretur, nisi jam perfecto emptionis contractui
per naturam id inesset. Neque parum probationis confert
huc *lex 68. §. 2. ff. de contrah. empt.* in qua dicitur: tum non posse
agi exempto ut venditor rem tradat, cum, quod multis mo-
dis accidere potest, tradendi facultatem non habet. Unde
à contrario benè concludimus, cum facultatem hanc habet,
tradi debere. *l. 11. & 12. C. de act. empt. & vend. Vinn. princ. Inst. de
empt. vend. n. 6. Oldendorp. class. 4. act. 1. n. 7. Wisenb.* (licet hic in
contrarium rem decidat) *ad ff. p. 1. Disp. 37. th. 1.* Præterea etiam
magni momenti in hac re nobis est *l. 68. ff. de rei vind.* in qua
videmus, quàm possit manu militari res auferri, si reus eam
nolit tradere, dicens se non posse, cum tamen rem habeat.
Brunnem. ad ff. dict. leg. n. 1. Contra quam legem licet opponi
velit, quòd ea tantum de realibus actionibus & quibus de re-
cuperanda possessione agimus, interdictis, propter verbum
restituere accipi debeat: Aliter tamen nos docent verba ejus-
dem legis sequentia quæ sunt: HÆC SENTENTIA GE-
NERALIS EST, ET AD OMNIA SIVE INTERDI-
CTA, SIVE ACTIONES IN REM SIVE IN PER-
SONAM SUNT, EX QUIBUS ARBITRATU JUDI-
CIS QUID RESTITUITUR, LOCUM HABET. Unde
cum actio exempto, utpote ex jure ad rem oriens, in perso-
nam sit, non video, quomodo hoc remedium ipsi denegari
possit. Non obstat nobis hîc, quod id contra naturalem cu-
jusvis non contra

8.
(f) Ex l. 68 §.
2. ff. de con-
trah. empt.

9.
(g) Ex l. 68. ff.
de rei vind.

10.
Quær. an hoc
jusvis non contra

C

naturalē cu-
jusvis liber-
tatem sit?

jusvis libertatem esse videatur, vi cuius nemo cogi potest ut rem suam alienet: Respondeo enim ab initio quidem regulariter neminem posse cogi: bene tamen postquam consensum de realienanda & vendenda dedit, ut stet conventis: & quadrat hūc id, quod alias dicitur: Quod ab initio est voluntatis, fit necessitatis ex post facto: vel ut *Dominus Richt. p. 2. Decis. 97. n. 3.* loquitur, quod ab initio liberæ voluntatis fuit, postea in necessariam præstationem convertitur. Neque propriè dici potest, quod cogatur hoc modo rem suam venditor alienare, cum ab initio arbitrium suum contractui accommodaverit, à quo postea omninò non potest recedere, nisi & simul fidem fallere velit. Hinc etiam non movemur ex eò quod obligationes facti non strictè intendant factum, sed præstationem ejus, quod interest admittant. Nam primo negamus in emtione principaliter versari factum quoddam. Deinde etiam non omnia facta unius ejusdemque naturæ sunt; ideoque etiam non in omnibus una eademque regula obtinere potest. In factis simplicibus & nudis, vel quæ in meris faciendi terminis consistunt, concedimus liberari aliquem interesse præstando: Non vero in iis, quæ translationem bonorum s. domini conjunctam habent, in eaque consistunt, ut in venditione contingit, ubi venditor secundum naturam contractus vacuum ab alterius possessione rem tradere, & vel dominiū, si dominus, vel si non, usucapiendi conditionem transferre tenetur. Quod vero differant multum facta simplicia ab his posterioribus, indicat *lex § 2. §. 1. ff. de V.O. vid. Perez. C. de act. empt. vend. n. 4.* Urgetur etiam in contrarium *l. 4. C. cit. tit.* secundum quam, si traditio rei venditæ juxta emptionis contractū PROCACIA venditoris non fiat, quanti emptoris interest condemnari venditor debet. Ubi ad insertum procaciæ verbū contrariæ sententiæ Autores addunt, quod nulla procacia aut contumacia ei possit imputari, qui facultatem tradendi non habet:

11.
An non ob-
stet, quòd in
obligationi-
bus faciendi
interesse præ-
statio locum
habeat?

12.
Evolvitur l. 4.
C. de act.
empt. vend.

empt. vend.

non

habet: & sic legem de eo qui rem tradere potest, accipiunt: Verum quidni illi imputari poterit procacia? Cùm iste, qui, e.g. mihi vendidit rem & vel dolo vel culpâ eam postea in alium transtulit, & per hoc effecit, ut mihi amplius eam tradere non possit, procaciter, *freventlicher Weise*/egisse videatur, atque in eo omninò procaciam *eine freventliche That* committat, & legibus contractuiq; congruam violaverit fidem de quo casu nos dict. l. etiam accipimus l. 68. §. 2. ff. de contrah. empt. Procacia enim est, quando per improbitatem aliquid committitur. *vid. Calep. Lex. verb. procax.* Qui enim rem adhuc tradere potest, & tamen contumax aut procax est in traditione, in eum competit subsidium legis 68 ff. de rei vind. de quo antea. Item opponitur l. 12. ff. de act. empt. Sed illa intelligenda est de casu, ubi emptor æstimatione piscium præstita contentus esse, & à rigore contractûs recedere vult: Quod fieri posse omnino dubio caret: cùm utriusque consensu etiam penitus annullari contractus queant. Non vero accipienda de casu ubi rem ipsam habere vult emptor: tunc enim omninò præstanda. Et hâc conciliatione adhibita lex ista nobiscum consentit. Alia adhuc eaque penè multa pro defensione nostræ sententiæ fundamenta adduci possent, de quibus *vid. Bach. ad Treutl. V. l. Diss. 18. th. 2. lit. c. & Hunn. ad eund. Fachin. p. 1. Controv. l. 2. c. 29.* Inter quæ non minima, quod omne periculum ad emptorem spectet. t. t. ff. & C. de peric. & comm. rei vend. & indignum propterea videatur emptorem frustrari posse in ipsa rei persecutione: Deinde quod aliud pro alio invito creditori solvi non possit. l. 2. §. 1. ff. de reb. cred. si cert. pet. & per consequentiam nec emptori, cui rem venditam deberi nemo facile negabit. Sed illa, ne modum & finem propositum excedamus, omittimus. Tantum de usu hodierno lubet pro nostrâ sententiâ nonnulla ex responso quodam Facult. Jenensis, à Richtero p. 2. dec. 97. adducto, allegare. **So ist**

C 2

Der-

13.
Excutitur l.
12. ff. de act.
empt.

14.
Non pauca
præterea pro
defendendâ
hac sententiâ
adduci pos-
sunt.

derselbe N. solchen Kauff-Contract zu halten schuldig/und wenn er gleich euch das Interesse erstatten wolte / were er doch wieder euern Willen damit nicht zu hören ; sondern wird gegen Erlegung des verwilligten Kauffgeldes euch gedachten Brauhoff abzutreten von der Obrigkeit mit Ernst billich angehalten. V. R. W.

DISQUISITIO QUINTA.

Bona mariti ob crimen perduellionis
confiscantur, quæritur, an salva sit mu-
lieri dos aut donatio propter nuptias?

1.
Nuptiæ sine
dote quidem
esse possunt
ut plurimum
tamen acce-
dit.

2.
Varia privi-
legia mulieri-
bus ob dotem
data.

3.
Etiam contra
fiscum.

Quamvis nuptiæ sine dote esse possint. *l. 20. C. de donat. ant. nupt. Nov. 74. cap. 4. Rittersb. ad Nov p. 7. cap. 17. num. 3. &* consequenter etiam donationem propter nuptias necessariò non requirant, quia hæc tanquam compensatio quædam pro dote constituitur; Ut plurimum tamen intercedunt. Illa quidem propter onera matrimonii ferenda *l. 76. ff. de jur. dot. &* ut tanquam pedissequâ comitata domina tantò ornatior procedat, ut loquitur *cit. aut part. 5. cap. 1. num. 3.* Hæc verò in securitatem uxoris, ut videlicet dote à marito male consumptâ vel soluto matrimonio habeat, unde suum consequi possit. *l. 20. C. de donat. ant. nupt. Ludov. Ex. 6. th. 11. lit. d. Wissenb. ff. p. 1. D. 46. th. 1. Perez. C. de donat. ant. nupt. num. 1.* Pro quâ obtinenda ut varia ipsi præ aliis creditoribus concessa in jure sunt beneficia, *arg. tit. C. de privil. dot. ad quem vid. Brunnem. Du. Struv. Sc. Ex. 46. th. 49. num. 2. Carpz. p. 2. C. 28. def. 64. 69. 70. 71. cum pluribus aliis.* Ita etiam contra fiscum, bona mariti ob commissum læsæ majestatis crimen, quod perduellio dicitur, vindicantem, specialiter privilegiata est *l. 5. §. 5. C. ad L. Jul. majest. l. 24. C. de donat. interv. & ux. ut non amit-*

amittat dotem suam illatam nec fisco eam relinquere te-
 neatur, sed integram & salvam recipiat: Idque vel jure re-
 tentionis, si dos in mobilibus consistat, *Farinac. quest. 25. n. 118.* habeat?
Wesenbec. ff. solut. mat. quem. dos pet. num. 6. Vel si bona mariti
 jam à fisco occupata sint, per actionem, quam pro repeten-
 da dote habet. *arg. l. 10. C. de bonis proscript. s. dam.* Secundum
 quam poenam ex crimine majestatis, (perduellionis puta) ita obtineat?
 tantum ad posteros suos quis transmittit. Posterorum ve-
 rò nomine uxorem non contineri facile constat, ex iis quæ
 docet *Wissenb. ad tit. ff. de Reg. Jur. l. 196. §. 5. & 6.* Neque hoc
 immerito, quia injustum esset, alieni criminis infortunio
 uxorem adstringi *cit. l. 24. C. de donat. inter vir. & ux. cum po-*
 tius peccata suos autores tenere debeant *l. 22. C. de poen. &*
 ob maritorum culpam uxores inquietari leges vetent. vel ob
maritorum. 2. C. ne uxor pro marit. & religiosum sit, eam pater-
 nis maternisve & propriis bonis frui. *ibid.* Notavimus verò
 in specie perduellionem, quia, quòd non ob quodlibet læ-
 læ majestatis crimen bonorum confiscationi locus sit, docet
 atque inculcat *l. 11. ff. ad l. Jub. majest. l. 9. eod. l. s. pr. C. eod. Nov.*
134. c. ult. & desumpta ex eâ arch. bona damnatorum C. de bonis pro-
scriptorum. add. Brunnem. ad cit. l. 5. C. Bachov. ad Trentl. V. 2. D.
32. th. 1. lit. G. Hunnius ad Trentl. loc. eod. q. 12. & de statu hodierno
Carpz. pract. crim. p. 3. q. 135. num. 27. & seqq. Potissima verò ra-
 tio quod fiscus non occupet dotem, sed mulier eam dedu-
 cat, in eo videtur consistere, quod dos mulieris proprium
 quasi patrimonium sit *l. 3. §. 5. ff. de minor. & quamvis rerum*
 dotalium dominium in maritum transferatur. *princ. Inst. quib.*
al. lic. l. non § 40. in fin. Inst. de rer. divis. non tamen computa-
 tur in bonis ejus irrevocabiliter, sed mulieris adhuc esse
 dicitur. *l. 75. ff. de Jure dot. junct. l. 50. C. de jur. dot.* quatenus ni-
 mirum hoc dominium mariti perpetuum non est, sed abi-
 turum ab eo, solutoque matrimonio rediturum ad mulie-

4.

Quæ remedia
habeat?

5.

Et quare hoc
ita obtineat?

6.

Peccata suos
teneant auto-
res.

7.

Confiscatio
bonorū tan-
tūm in crimi-
ne perduel-
lionis locum
habet.

8.

Dos propriū
mulieris qua-
si patrimo-
nium.

9. *rem. Vinn. ad princ. Inst. quib. al. lic. l. non. Struv. SC. Ex. 30. th. 49.*
 Dos se habet ut *adventu. & ead. Ex. th. 12. & 13.* Atque hoc modo & respectu
 ut *as alie-* dos se habet ut *as alienum.* Hoc verò ante omnia dedu-
 num. *endum ex bonis,* quia bona non intelliguntur, nisi eo de-
 ducto, nec ulla etiam bona ad fiscum pertinere possunt, ni-
 si quæ creditoribus super futura sunt. *l. 11. ff. de Fur. fisc. l. 39.*
§. 1. ff. de V. S. l. un. C. pæn. fisc. creditores præfer. Quod adeò verum
 esse Dd. docent, ut uxor pro dote salvanda etiam demoli-
 tionem domus (quæ hodiè in detestationem hujus criminis
 fieri quandoque solet,) impedire queat; ut ipsi adeò omni-
 nò satisfieri debeat. Sed hæc forte quæ de dote diximus,
 minus dubia sunt, magis itaque est, ut nunc brevibus videam-
 10. *An etiã uxori* nò satisfieri debeat. Sed hæc forte quæ de dote diximus,
donatio pro- minus dubia sunt, magis itaque est, ut nunc brevibus videam-
pter nupt. sal- mus de donatione propter nuptias: circa quam dubitandi
va sit, eo casu rationem haut levem constituit, quod illa non ut dos pos-
quo dotẽ ha- sit dici patrimonium & res uxoris propria. Verius tamen
bere non po- est quod & hanc contra fiscum obtineat, ubi ipsam dotem
 test. *habere non potest.* Nam licet propria ipsius olim non fu-
 11. *erit constituta* tamen est ipsi in compensationem dotis. Ac-
Donatio pro- cedit quod anterior sit hæc donatio obligatione erga fiscum,
pter nupt. in tribuatque uxori, etiamsi traditio sive cessio non interveniat,
compensatio- dominium quoddam sive peculiare Jus in re *l. 29. & arth.*
nem dotis *donationem C. de Jure dot. Dn. Struv. SC. Ex. 30. th. 36. Perez. C. de*
constituitur. *donat. ant. nupt. num. 5. ideoque etiam per legem quartam C. de privil.*
 12. *In donatione* *fisci potior est debito fiscali, etiam ex obligatione hujus de-*
propter nupt. *licti fluente, quia alienatio facta, antequam orta est obliga-*
uxor. habet *tio erga fiscum ex hoc delicto: Licet executio & realis trans-*
dominium *latio rei dilata sit in tempus soluti matrimonii. Et hanc sen-*
quoddam. *tentiam confirmat etiam l. 11. & arth. sequens bona damnatorum:*
verb. UXORES VERO EARUM DOTEM ET DO-
 13. *NATIONEM ANTE NUPTIAS ACCIPIANT. Ubi*
De portione *Dd. addunt. quod portionem statutariam non amittat uxor,*
statutaria re- *sed eligere possit, licet maritus ob perduellionis crimen con-*
 missive. *demnetur. Carpz. p. 3. C. 20. def. 23.*

Dis-

DISQUISITIO SEXTA.

De Cautione Juratoria ob paupertatem.

UT securus fiat adversarius, neve judicia reddantur elusoria prospiciendum est cautione ab ipsis litigantibus vel per fidejussores vel etiam per pignora quandoque præstandâ. Ille autem satisfaciendi modus per fidejussores remissus est quibusdam personis vel respectu bonorum, hinc nudæ tantum promissioni suæ committuntur possessores rerum immobilium. *l. 15. pr. & §§. seqq. ff. qui satisd. cog. Carpz. Sp. for. p. 1. con. s. d. 2. & 3.* & aliquando etiam mobilium possessores. *Struv. Sc. Ex. s. th. 25. Zanger. de Except. part. 2. c. 21. num. 35. & 36.* Vel ratione dignitatis, hinc jurato tantum promittunt viri illustres *l. 17. C. de dignit.* & qui his gradu proximi, spectabiles, ut sunt proximi sacrorum scriniorum, *l. 12. pr. C. de proxim. sac. scrin.* Vel etiam intuitu paupertatis; sic jurato promittunt pauperes, qui fidejussoribus & pignoribus cavere nequeunt, quia summa necessitas pro lege est, & ne ab agendo in justa causa quis repellatur, ad cautionem juratoriam eum admitti, æquitas s'vadet. *avth. Generaliter C. de Episc. & Cler. Nov. 112. cap. 2.* Ut verò locum habere queat ista juratoria cautio, hæc *Carpzovius part. 1. c. s. d. 9. n. 2. eumque secut. Magnif. Dn. Struv. Sc. Ex. s. th. 24.* & alii penè multi Doctores requirunt: Ne sit suspectus de fugâ, cui *Berlich. p. 1. Concl. 20. num. 53. addit*, neque etiam dilapidationis bonorum metus adsit.) Utque sit integritate vitæ conspicuus, probatæque existimationis. Quod posterius tamen Dn. Brunne-
mannus *in Comment. ad avth. Generaliter. C. de Episc. & Cler. & processu suo civ. cap. 8. num. 14.* in dubium vocat, motus eâ ratione quod accidere sæpè possit, ut etiam iste, qui probatæ alias vitæ existimationisve non est, justam agendi cau-
sam

1.

Cautio per fidejussores vel pignora.

2.

Satisfactio in specie dicta remittitur
(a) respectu bonorum.
(b) Ratione dignitatis.
(c) Et paupertatis etiã.

3.

Quæ requirantur in eo qui ad juramentum hoc præstandum admitti debet.

sam

4. **Ante cautionem juratoriã præstandum juramentũ paupertatis.** sam habeat. Addimus & hoc, quod priusquam admittatur ad juratoriam hanc cautionem ob paupertatem prius præstare debeat paupertatis juramentum, quod hic loco probationis, quæ alias asserenti aliquid incumbit, militat. Et jure quidem civili *secundum dict. arth. Generaliter & Nov. 112. cap. 2. Nov. 134. cap. 9.* jurat tantum, se non dare posse fidejussores, vel ut explicat Berlichius *p. 1. concl. 20. num. 54.* se nec pignora nec fidejussores idoneos, quamvis summã, tam per se quam per alios adhibitã diligentiam reperire nequivisse. Jure verò Saxonico ob præsentem perjurii metum, quem etiam in danda ratione abrogati Juramenti calumniæ generalis respexisse videtur, *Carpz. p. 1. con. 2. def. 1. num. 2.* eò restrictum hoc est, ut quis saltem de credulitate juret, se sc. credere, quod summam licet adhiberet diligentiam, tamen non posset fidejussores reperire. *Struv. SC. Ex. 5. th. 24. Brunnem. ad dict. arth.* Necesse verò est ut is, qui hoc juramentum præstare debet ipse in judicio præsens sit atque illud vel tactis SS. Evangeliiis, *dict. arth. vel secundum alias consuetum solennemve judicii morem, viva voce pronunciet.* Unde patet, quod non procedat in scriptis factum, nec sufficiat promissio sub juramento obedientiæ, quo domino vel magistratui quis devinctus obstrictusve est, *vid. Ant. Hering. de fidejussor. c. 18. n. 125. & seqq.* neque ab alio, mandatario forte aut procuratore in principalis sui animam fieri queat. Quis vero pro paupere, adeo ut admitti ad hoc jusjurandum debeat, habeatur, videndum. Quod Jus civile attinet illud nihil determinat *in dict. arth.* & licet alias in §. 6. *Inst. de excus. tut. l. curat. l. 7. l. 40. §. 1. ff. eod. pauperis mentio fiat, non tamen definitur ibi, quis talis sit.* Hinc evenit, ut plures easque diversas sententias amplexi sint interpretes. Quidam enim id ex causã, quæ agitur, æstimant, & eum pauperem dicunt, qui non tantum in bonis habet, quanti ea est:

Covarruv. pract. resol. c. 6. n. 4. Quidam pauperem dicunt, qui bona propria mobilia vel immobilia non possidet, sed operis manualibus se sustentare necesse habet, cum allegat. Carpz. p. 3. c. 13. def. 21. adeoque ad summam & extremam paupertatem producant. Gail. l. 1. obs. 43. Alii vero paupertatem ex eo determinant, si quis ne 50 florenos in bonis habeat. Coler. proces. execut. p. 1. c. 2. n. 121. ut adeo de Jure civili, quia leges nihil certi constituunt, arbitrio judicis illud relictum videatur. Jus Camere illum pro paupere habet, cui in omnibus bonis mobilibus & immobilibus imò & actionibus tantum non superest, quod sufficiat ad sumptus litis, sportulas & advocatorum salaria, itemque alias impensas solvendas. **Kammergerichts Ordnung p. 1. End der Armen 78. & seq.** Atque hanc sententiam sequitur supremum Appellationum in foro Saxonico Electorali Judicium. Nos denique ubi in specie hoc definitum non est judicis discreti arbitrio relinquendum putamus. Tenendum tamen est, quod, si quis culpâ propriâ & dolo pauper factus sit, & fidejussores reperire nequeat, privilegium hoc paupertatis non habeat Covarruv. l. 2. var. resol. c. 16. n. 9. Hering. de fidejuss. c. 18. n. 309. & seq. Habemus nunc, quem pro paupere jus habeat, & quis paupertatis juramentum præstare possit. Nunc brevibus excutiendum, quid tandem per juratoriam cautionem promittatur. Ubi, ut diversæ in judicio personæ, ita diversæ etiam promissionum species se nobis fiunt. Actor promittit reo se intra duos menses contestaturum litem & prosecuturum eam usque ad finem, sique convictus sit, calumniose vel injuste movisse, decimam quantitatis petitæ partem reo præstaturum. Quod tamen utrumque non obtinere moribus, sed actorem cavere de expensis Carpz. p. 1. c. 5. d. 30. n. 1. & damno litis in casum succumbentiæ refundendo monet Struv. S. C. Ex. 5. th. 32. Brunnem. ad arth. Generaliter C. de Episc. & Cler. Sicut nec illam cautionem quæ in Nov. 53.

D

pr.

9.
Quid actor
per cautionem
juratoriam
promittat.

10.
Et quid jure
Sax. obtineat.

11.
Quid reus
per cautionē
juratoriam
promittat.

12.
De usu hodi-
erno agitur.

13.
Ut & de mo-
ribus Saxo-
nicis.

pr. recensetur, amplius obtinere, asserit *Rittershus. ad Nov. part. 9. c. 13. n. 4.* Jure Sax. ab Actore præstatur Reo cautio pro reconventionem & expensis. *Carpz. p. 1. c. 5. d. 1.* Et specialiter ibi recepta *Gvaranda, die Gewehr der Klage* si tamen reus eam petat. *Carpz. p. 1. c. 1. d. 1.* & Reus verò præstat solum cautionem de iudicio sisti, & se permansurum in iudicio usque ad terminum litis, §. 2. *Inst. de Satisfact.* aut si procuratorem præsens constituat, se iudicatum soluturum §. 4. *Inst. de satisfact.* quamvis dissentiat *Wisenbach. ad ff. p. 2. D. 28. th. 27.* Sed & has non amplius in usu esse, testatur *citato loco Rittershus. n. 5.* excepta tamen ultimâ, quam frequentem adhuc ex *Wesenbecio ad ff. tit. jud. solvi* asserit idem. Moribus Saxonis à reo nulla regulariter præstatur cautio in civilibus. *Carpz. p. 1. cap. 5. d. 30.* Quod tamen in criminalibus aliter se quodammodo habere videtur.

DISQUISITIO SEPTIMA.

De jure expectativæ à persona vel Ecclesiastica vel seculari concessio.

2.
textus 2. feud.
26. §. moribus
refertur.

Fundamentum discursus sit nobis textus 2. *Feud. 26. §. moribus.* Cujus verba hæc: MORIBUS RECEPTUM EST, DOMINUM DE FEUDO MILITIS SUI, QVOD POST MORTEM IPSIUS AD DOMINUM REVERTI SPERABATUR, IN ALIUM MILITEM INVESTITURAM FACERE POSSE. QVÆ INVESTITURA TUNC DEMUM CAPIET EFFECTUM, CUM FEUDUM DOMINO AUT HEREDI SUO FUERIT APERTUM. SECUS EST IN ECCLESIASTICIS PERSONIS. NAM SI ECCLESIASTICA PERSONA TALEM FACIAT INVESTITURAM, NON ALITER VALEBIT, NISI SIBI, NON ETIAM SUCCESSO-

SORI SUO FEUDUM APERIATUR. ET IN TALI INVESTITURA CONSENSUS EJUS, DE CUJUS FEUDO FIT, EXQVIRI NON OPORTET. Est ve-

rò Expectativa, *definiendo Magnif. Dno Struv. S. F. cap. 7. aph. 4.* Jus succedendi infeudum à Domino sub conditione, si ad ipsum redierit, etiam sine consensu vasalli possidentis, promissum. Ubi primò suboritur quæstio, an licita sit & legibus conveniens juris ejusmodi concessio? Et siquidem secundum regulas Juris Civilis statum controversiæ definire velis, dicendum quòd non: *vi l. 19. l. ult. C. de pact. l. 61. ff. de V. O.* Quia votum & occasionem captandæ mortis possessoris vasalli præbere videtur, & quia aliàs non valet pactum, de viventis cujusdam successione nisi consentiat & in eo animo ad mortem usque perseverat *d. l. fin.* Moribus verò feudorum & nostris valet talis conventio. *Magnif. Dn. Struv. S. C. Ex. 28. th. 47.* Et quod in specie casum propositum stringit, omnem primò suspicionem captandæ mortis excludit fides (quæ quantum faciat in materiâ feudi facile liquet) Domino in vasallo futuro adeò nota, ut nihil inde mali atque incommodi de viro benè merito & Domino probato metuendum sit. Deinde non agitur hoc casu de successione vasalli propriè ita dictâ, quia proprio & non ob vasalli personam competente sibi jure novus hic vasallus succedit. Concessio verò Expectativæ sub conditione & in eum eventum, quo vasallus ejusve heredes feudum non amplius habituri sunt, fieri debet. *cit. §. moribus verb. AD DOMINUM REVERTI SPERABATUR. 2. feud. 35. verb. SUB TEMPORE VEL CONDITIONE, QVO FEUDUM SIBI APERIATUR, VALEBIT INVESTITURA.*

2. **Definitur expectativa.**

3. **An licita sit concessio expectativæ?**

4. **Concessio Expectativæ sub conditione debet fieri.**

5. **Purè facta feudo non valet.**

add. Vultej. de feud. l. 1. cap. 5. num. 17. &c. Schraderus de feud. p. 3. cap. 2. num. 9. Nam si quis fuerit investitus purè de tali feudo, non valet habita investitura, *1. feud. 9. & 2. feud. 35.*

D 2



6.
Nec ex post-
facto conva-
lescit.

7.
An conditio
semper ex-
pressis verbis
addenda sit?

8.
An rectè con-
cedatur ex-
pectativa, si
vasallus ad-
huc successo-
res legitimos
habeat?

9.
Quando ex-
pectativæ ef-
fectus appa-
reat.

feudum quod vasallus habet, non potest ipsi auferri & alii concedi. *Magnif. Dn. Struv. S. F. cap. 7. aph. 5. num. 1.* Ut licet postea feudum Domino aperiatur, tamen investitura purè facta robur non accipiat, neque Dominus ad tradendum feudum devinciatur *Berlich. p. 2. Concl. 54. num. 45.* quia quod ab initio vitiosum est, tractu temporis non convalescit. *l. 29. ff. de R. Jur.* Non tamen necessarium putamus, ut expressis verbis conditio & eventus aperturæ addatur, sed sufficere credimus, si tacitè insit promissioni. Sic enim Si v. c. Dominus directus dicat Titio; Habeto feudum, quod Sejus nunc tenet; magis ita explicanda erit oratio, ut inesse tacitam aperturæ conditionem libintelligamus, quò magis valeat id quod actum est. *arg. l. 12. § 21. ff. de reb. dub.* quam ut dicamus, ideò quia non expressè posita est conditio, nullam in effectu esse promissionem: Quin & in omnem aperturæ casum hæc promissio facta videtur. Dum vero in *cit. §. Moribus.* dicitur: quod post mortem ipsius, (scil. Vasalli) ad Dominum reverti speratur, feudum: Illa se nobis ingerit quæstio. An expectativæ concessio rectè fiat in feudo, si vasallus legitimos adhuc successores, filios puta, habeat. Quod affirmatur, quia & hæc spes, quamvis longinqua sit, tamen aliquando locum invenit: cum variis modis feudum ad Dominum reverti possit. Nec enim verba dicti §. morib. restrictivè accipienda, quasi expectativa concedi non queat, nisi tantum in casum mortis vasalli possessoris; sed tantum exemplum quoddam ibi proponi intelligamus *Magn. Dn. Struv. S. F. c. 7. aph. 5. n. 10. in fin.* Quando autem effectum suum exerat ista concessio, docet dict. §. his verb. **QVÆ INVESTITURA TUNC DEMUM EFFECTUM CAPIET, CUM FEUDUM DOMINO AUT HEREDI SUO APERTUM FUERIT.** Ubi de investitura, cujus mentio fit citatis verbis, sciendum, quòd non propria aut abusiva indiget, sed tantum conditio-

tionalis quædam & in eventum directa; magisque promissio quædam de investiendo sit, quam investitura ipsa. *Struv. S. F. c. 7. th. 4. n. 12.* Effectus verò satis clarè proponitur hîc, quod scilicet demum post apertum Domino feudum res obveniat ei, qui hætenus expectativæ jus habuit. Et tunc Dominus omnino ad investituram faciendam, & consequenter possessionem, si tradendi facultatem habet, transferendam tenetur *arg. §. 1. in fin. 2. feud. 3. Ludov. in Synops. feud. c. 8. p. m. 167. Hart. Pist. p. 2. q. 25. n. 22.* & quia hoc ipsum in contractu feudali actum est. Et ad obtinendam eam variæ possunt competere actiones pro varietate modi, quo Dominus alteri expectativam indulgit. Si enim per stipulationem facta, ex stipulatu, si per donationem, conditio ex lege, si testamento, personalis ex testamento actio oritur. Imò cum & hodiè secundum Jus Canonum & mores ex nudis pactis seriò initis actiones nasci soleant, *Carpz. Ip. for. p. 2. c. 19. d. 17. n.* etiam ex pacto conditio locum habebit. *Schnob. Diss. feud. XI. th. 1.* Tenetur verò ad feudi translationem vel Dominus ipse qui promisit, vel etiam ejus heres, si ei demum apertum sit *secundum §. moribus.* Ubi tamen circa heredem cum *Magn. Dn. Struv. S. F. c. 7. aph. 9.* distingvimus, & ex eadem causa, quæ expectativæ adjecta erat, aperturam factam præsupponimus. Omnis enim conditio in forma specifica implenda *arg. si Ita quis 21. ff. de vulg. & pup. subst.* neque investitura in certum casum collata, ad alium temerè extendi debet. *Hart. Pist. l. 2. q. 25. n. 37. Carpzov. p. 2. c. 45. D. 3.* Generalis verò conditio omnes speciales sub se complectitur. *l. 147. ff. de R. Jur.* & qui dicit genus, dicit etiam ejus species *arg. l. 2. de S. U. P. Wissenb. ad l. 8. de R. Jur. n. 1.* Hætenus de jure expectativæ à persona non Ecclesiastica sive seculari indulto actum: Procedimus ulterius secundum contextum §. ad illud, quod conceditur à personâ Ecclesiastica. Et licet hîc quædam rationes in contrarium

D 3

10.
Dominus investire & feudum vasallo tradere debet.

n.
Diversæ vasallo actiones competunt.

12.
Tam contra Dominum ipsum quam ejus heredes.

13.
Omnis conditio in formâ specifica implenda.

14.
De expectativa ab Ecclesiastica personâ concessâ.

- objici possint, illæ tamen non stringunt, cum certum & expeditum sit, tam de Canonico quam feudali Jure quod & istæ feuda, & consequenter etiam Expectativas ad feuda concedere queant. Non debet enim, cui plus licet, quod minus est, non licere. *l. 21. ff. de Reg. Jur.* Textus ex Jure feudorum probantes sunt *cit. §. morib. & 1. feud 3. & 9. 2. X. de feudis. c. un. extr. av. de rebus Eccles. non alien.* Insignem verò differentiam quoad effectum expectativæ à seculari & Clerico concessæ subministrat textus noster: Quod nimirum ab isto concessa, etiam post ejus mortem vigorem habeat, & heredes inde obligentur secundum distinctionem à Dn. Struv. *S. F. c. 7. aph. 9.* traditam: Non verò si ab hoc indulta sit. Cujus differentiæ rationem Georg. Schulz. *in Synops. feud. c. 9. n. 56.* hanc tradit, quod Episcopi & Prælatus Ecclesiarum tantum præsentium rerum, non verò post mortem suam gerendarum habeant administrationem. Magis tamen penetrans illa est, quæ ab ipso & successore & succedendi modo ducitur. Scilicet quia prælatus non habet causam succedendi ab eo cui succedit, nec venit in jus ab antecessore sibi relictum: Sed novo titulo suoque potius & proprio jure succedit: ideo etiam nec antecessoris sui facta præstare tenebitur. Nisi (1) capitulum consenserit: quia hoc non mori sed semper vivere in hisce & similibus causis intelligitur. *Hart. Pistor. l. 2. q. 27. n. 15. & c.* Alia exceptio habetur *1. f. 3. verb. nisi is qui.* Et plures limitationes videri possunt *ap. Schneidervv. in epit. feud. p. 3. n. 94.* Transfertur autem jus Expectativæ etiam à parte ejus, cui concessum, in heredes. *Carpz. p. 2. c. 45. d. 9. Schulz. Synops. feud. c. 9. n. 61.* Nunc accingimur ad ultima textus verba, quæ, an consensus vasalli in hujusmodi expectativæ concessione adhiberi debeat, disquirunt. Et secundum ea negatur. Quamvis enim in contrarium illa dubitandi ratio militare videatur, quod de re aliena disponere nemo possit: Feudum vero cum sit in dominio utili s. usufru-

15.
Textus probantes ex jure feud. & Can.

16.
Successor prælati non tenetur servare expectativam à prædecessore indultam.

17.
Excipiuntur quidam casus.

18.
Expectativa concessa in hered. transmittitur.

19.
Consensus vasalli in concessione ex-

fructu quodam vasalli possessoris constitutum, pro tali haberi **pectativæ nõ**
 debeat. Dicitur tamen, quod hæc ratio nobis non obverse- **necessarius.**
 tur. Non enim de feudo ut feudo, seu quatenus in eo prior
 vasallus aut ejus heres dominium adhuc utile habet, in hoc ca-
 su decernit Dominus directus, sed de feudo per aperturam
 pleno jure ipsi in eventum obveniente; adeoque non de re
 aliena sed sua. Unde absolum foret dicere, adhibere eum
 debere & requirere alterius consensum in administratione &
 alienatione rei suæ, quia adeo potissimus Domini effectus in
 hoc libero arbitrio vim suam exerens annullaretur penitus ac
 vanus fieret. *de quo vid. l. 21. C. mand.*

DISQUISITIO OCTAVA.
De Feudo foemineo.

Feuda ab initio propter militiam constituta, probabiliter col-
 ligi potest *ex 2. feud. 21 & 22. voc. miles. Struv. S. F. c. 1. aph. 3. n. 3,*
4, & 6. nec regulariter in foeminas transmitti docet 2. f. 23. in
fin. & 50. verb. SI DE HIS NOMINATIM DICTUM SIT,
 & : **NISI EX PACTO** : quia regulariter illa ad heredes ma-
 sculos pertinent & foeminae eorum incapaces sunt, ob quin-
 que ferè rationes : quarum potissimas **EX II. F. VII.** hauri-
 re licet. Ea enim ibi requiruntur, quæ vix foeminarum
 natura capit, ut est : (1) Silentium secretorum Domini, ne
 ea aliis pandantur. (2) Firmum certumque consilium. sed,
 quàm non contineant arcana, quàm parum sibi constans
 & fragile sit mulieris consilium, facile liquet. (3) Firmitas
 & certitudo voti. Sed quàm lubrica foeminarum vota, quam
 fallax fides! (4) Auxilium in bello, & servitia militaria. Sed
 quod ad hæc etiam inhabiles foeminae sint, nemini dubita-
 tur, ut adeo non immerito, perinde ut mutus, surdus vel
 alioqui imperfectus à feudis removeantur. *2. f. 36. quod eti-*
 am

1.
 Feuda ob mi-
 litiam primò
 concessa.

2.
 Quinq; cau-
 sa inhabilita-
 tis foeminaru
 ad feuda re-
 censentur.



am ad masculos ex foeminis descendentes extenditur, ut nec illis aditus ad successiones in feudis pateat. *l. F. 1. § 3.* quia non melior successoris conditio esse potest, quam ejus, à quo auctoritatem habet. *l. 120. ff. de R. Jur. l. 54. ff. eod.* Ad- dicitur (5) ea ratio, quòd minus conveniens aut congruum pudori foeminarum sit, coetibus virorum sapius immisceri. *Obrecht. tract. feud. l. 2. cap. 14. num. 1.* ubi nec eas foeminas, quæ armis assuetæ, admittendas esse censet. Licet verò, si pro- priam feudorum naturam sequi velimus, hæc vera sint, ni- hilominus tamen dari etiam feuda, ad quæ foemina quoque admittuntur, vel ex *2. F. 30. & 2. f. 50. verb. NISI SIT FOE- MINEUM*, convincimur. Non uno verò modo Dd. in- terpretantur atque accipiunt terminum hunc. Aliquando enim magis propriè & ratione acquisitionis seu personæ ac- quirentis exponunt, & sic dicunt feudum foemineum, quod foemina primum acquisivit. *Dn. Struv. S. F. cap. 4. aph. 17,* quodque ex ea tanquam primâ acquirente originem & ini- tium traxit, idque cum transit in descendentes, maternum appellant. *Georg. Schulz. Synops. feud. cap. 3. num. 16. cap. 8. n. 55.* Germanicè effertur *Weiber oder Kuntel-Lehen*. & con- tradistinguitur atque opponitur in hac significatione feudo masculino, quod masculus primùm acquisivit. Aliquando, (id quod usu obtinuit,) in largiori significatu feudum foe- mineum in genere accipitur, quod initio quidem à mascu- lo acquisitum, sed cui tamen per singulare investituræ pa- ctum adjectum est atque insertum, ut etiam foemina in eo succedere queant. *Carpz. p. 3. cap. 28. d. 10. num. 3.* Quidam eti- am intuitu personæ concedentis feudum foemineum vo- cant, quod à foemina datum est; Verùm, quoniam non ex eo, qui dedit, æstimatur, an feudum foemineum vel mascu- linum sit; sed ex eo, cui datur, placet nobis in hoc passu sequi *Dn. Struv. S. F. cap. 4. aph. 17. num. 2.* Ubi negat differen- tiam

3.
Aliquando
tamen foemi-
næ etiam ad
feudum ad-
mittitur.

4.
Feudum foe-
mineum va-
riè accipitur.
(a) ratione
acquirentis
personæ.

(b) ratione
pacti adjecti
ex quo etiam
foemina suc-
cedunt.

(c) ratione
personæ con-
cedentis.

tiam aliquam ratione personæ concedentis induci. Quamvis vero videatur absurdum quodammodo, quod foeminae etiam feudum acquirere possint, ob supra dictas rationes; quarum insignior illa nobis videtur, quod ad officia militaria, respectu quorum cepere feuda, sint inhabiles. Ea tamen tanta non est, ut penitus foeminas à feudorum beneficiis excludat: Cum remedium adsit, quod hunc earum defectum supplere possit: Ut sc. per substitutum servitia sua præstent: Quod Dominus, concedens foeminae feudum, tacite ipsi permisisse; & causam, quæ alias obstabat, sustulisse censetur *Struv. S.F. cap. 4. aph. 17. num. 2.* Quod, quominus facere possit, dubium non est. Licet enim ubi industriam certæ personæ atque familiæ elegit Dominus, per substitutum nequeant præstari operæ atque servitia, *l. un. §. ne autem 9. C. de caduc. toll. Carpz. p. 1. cap. 28. d. 1. num. 1. arg. l. 51. in it. ff. mandati.* Ita, ut etiam ex hoc fundamento regulariter non possit succedere mutus aut surdus, aut alio modo imperfectus. *1. f. 6. §. mutus 2. f. 36.* licet acquisitum feudum retineat. *Schulz. Synops. feud. cap. 8. num. 105.* potest tamen gratiam facere Dominus foeminae aliive personæ inhabili, si aliis quam Domino, ob id præjudicium non adferatur. *Schulz. cit. loc. num. 104.* Rationem & modum successionis foeminarum in feudo tali haurire licet *ex 2. f. 11. 17. 30. 50. & 51. §. similiter.* Secundum quos textus deficientibus descendentibus vel agnatis masculis succedunt ipsæ earumque progenies. Et in ipsa prole foeminei sexus, si ad eam deferatur successio, præponitur masculus foeminae. *Schulz. Synops. feud. cap. 8. num. 64.*

5.
Foemina per substitutum servire potest.

6.
Et potest ipsi Dominus hanc gratiam facere.

7.
Quomodo succedant foeminae in feudo foemineo.

E

DIS-

Quibus casibus res sacræ & Ecclesiastica alienari possint, & quæ solennitates adhibendæ.

1. **Extra commercium sunt res sacræ & Ecclesiastica.** Inter res, quæ extra commercium sunt, adeoque nec alienationem admittunt, sunt etiam res sacræ. §. 8. *Inst. de rer. divis. l. 1. pr. QVOD AUTEM DIVINI JURIS. l. 6. §. 2. & l. 9. §. ult. ff. de rer. div.* Item Ecclesiastica, quæ in hoc ab illis differunt, quod non æque ut illæ Deo principaliter consecratae sint, nec immediate ad cultum divinum adhibeantur; Sint tamen in patrimonio vel dominio Ecclesiæ, & vel ministrorum alimentis vel aliis Ecclesiæ & ad eam pertinentium usibus inserviant. *Eckolt. ad ff. de rer. div. §. 7.* Generaliter tamen accipi hoc non debet, quasi nullo modo res tam sacræ quam Ecclesiastica alienari queant, sed tantum de absolutâ & indifferenti alienatione. Multa enim alienationum vestigia tum circa has, tum illas in jure reperimus. §. 8. *Inst. de rer. div. l. 21. C. de SS. Eccles. Nov. 120. c. 10. tit. X. de reb. Eccl. al. vel non. Can. sine exceptione 52. c. 12. q. 2* ut tamen multo difficilius rerum immobilium quam mobilium alienatio decernatur quod patet ex *Nov. 120. c. 10. & arth. præterea C. de SS. Eccles.* Quædam verò, urgentiores quippe, alienationum causæ, communes sunt tam sacræ quam Ecclesiasticis rebus, quædam propriæ tantum Ecclesiasticis. Communium causarum ferè tres jure civili recensentur. Primam sistit *cit. §. 8. Inst. de rer. div. & Nov. 120. c. 10.* Estque Redemptio captivorum. Nam ut redimantur captivi ab hostibus, licet vendere vasa vel vestimenta vel alia donaria sacræ, imò & res immobiles Ecclesiarum. *dict. §. 8.* ORNATUS ENIM SACRAMENTORUM REDEMPTIO CAPTIVORUM EST, ET VERE ILLA SUNT VA-
2. **Quomodo differant.**
3. **An planè non alienari possint?**
4. **Causæ alienationum vel communes vel propriæ.**
5. **Causarum comm. prima.**

VASA PRETIOSA, QUÆ REDIMUNT ANIMAS A MORTE. ILLE VERUS THESAURUS EST DOMINI, QUI OPERATUR, QVOD SANGVIS EJUS OPERATUS EST *c.12.q.2. can.70.* & quid magis conveniens pietati Ecclesiæ, quàm hoc; quid congruum magis doctrinæ illius, quippe quæ liberalitatem & munificentiam & misericordiam erga afflictos quotidie per ministros suos nobis inculcat. Secunda causa, quam exhibet *Nov. 120 c. 10.* esturgens æs alienum Ecclesiæ. Nam & pro hoc solvendo licita est alienatio: cum sic religioni favendum sit, ne cujusque alterius jus minuatur, & dum locupletatur Ecclesia, alios cum injuria pauperes reddat. Tertia causa habetur *in l. 21. C. de SS. Eccles. & dist. can. 70. c. 12. q. 2.* & est alimonia pauperum. Si enim alia subsidia defint, piè & rem optimi exempli facit Ecclesia, dum paupertatem sublevat. Præter has verò causas *dist. can. 70* proponit etiam aliam, favorem nim. sepulturæ crendentium & ædificationem templi. Proprias causas, seu ob quas Ecclesiasticæ tantum; non etiam sacræ res alienari possunt. sub unâ ferè complectimur: quæ est Utilitas Ecclesiæ. Ita, si conducât Ecclesiæ potest permutare, *Nov. 7. c. 2. §. 1. Nov. 54. c. 2.* potest precarias constituere. *l. 14. C. de SS. Eccl. t. t. X. de precariis.* Emphyteusin concedere. *Nov. 7. c. ult. X. de loc. & cond.* Tres tamen casus recenset Rittersh. *ad Nov. p. 1. c. 8. n. 69.* quibus nullo modo aut casu alienatio fieri potest. Solemnitates verò circa alienationem hæ observari debent de Jure civili: Ut primò *secundum Nov. 120. c. 10.* Res mobiles & vasa minus necessaria alienentur *add. l. 15. §. 2. ff. de re jud.* non enim à rebus soli initium fieri debet. Deinde sub hastâ per 20. dies publice exponi inscriptis & plus licitanti addici debent. *d. Nov. 120. c. 6. §. 2. vers. postquam verò.* Requiritur etiam juramentum pralati coram Episcopo, debitum (scil. in causa debiti) esse contractum & nihil in detrimentum Ecclesiæ fieri. *Brunnemann. ad auth. hoc*

6.
Causa secunda.

7.
Causa tertia.

8.
Aliæ adhuc adduntur causæ.

9.
Causæ propriæ reb. Eccles.

10.
Solemnitates circa alienationem harum rerum observandæ.

E 2 jus.



11.
In quasdam
personas ista
alienatio fieri
non potest.

ius. C. de SS. Eccles. Non tamen in ipsos ad ministratores aut ordinatores eorumve cognatos alienatio fieri potest. *cit. Nov. 120. c. 5. §. ex eadem forte ratione, ex qua nec tutor ad rem pupilli emendam admittitur l. 34. §. ult. ff. de contrab. empt.* Sicut etiam aliis prohibetur in jure civili res quasdam acquirere. *l. 62. pr. ff. de contr. empt. l. un. §. 2. C. de contr. Indic. l. cor. qui*

12.
Circa solen-
nitates non-
nihil muta-
tum Jure Ca-
nonico.

Verum Juris civilis solennitates per Jus Canonicum mutatas testatur idem Dominus Brunnemannus *ad cit. arth. & requiri tantum cognitionem causæ; necessitatis probationem, & superioris decretum (prælati scil. cum consensu capituli conjunctum,) asserit cui add. Dominus Carpz. Jurispr. Consist. l. 2. def. 300. & quatuor sequentibus. it. Desseligus. crot. Jur. Can. tit. de reb. Eccles. al. vel non. quest. 5.*

DISQUISITIO DECIMA.

Quomodo permissum sit Clericis resignare, functiones suas, & in iisdem vel aliis Ecclesiis munia altiora ambire?

1.
Regula Ca-
nonum tradi-
tur.

Jus Canonum ita habet: NON OPORTET EPISCOPUM VEL RELIQUOS ORDINES DE CIVITATE AD CIVITATEM MIGRARE; NON EPISCOPUS, NON PRESBYTER, NON DIACONUS TRANS-EAT. *c. 19. C. 7. q. 1.* SED MANEAT IN ECCLESIA DEI QVAM AB INITIO SORTITUS EST, ET NON AB EA ALIBI DEMIGRET, SECUNDUM REGULAM SUPER HOC OLIM A PATRIBUS CONSTI-TUTAM. *c. 25. ibid.* Verum regula hæc non perpetua est,

2.
Regulæ Ex-
ceptiones re-
feruntur.

sed exceptiones suas patitur, aliquando enim superioris auctoritate transfertur Clericus *c. 1. & 2. X. de translat. Episc. c. 37. q. 1.* (quod in terris protestantium ab iis qui jus Episcopale habent,

bent, fieri solet.) Aliquando etiam liberum est ipsi renun-
ciare. tit. X. de renunciat. De translatione hic non agimus. Re-
nunciacionis vero causæ Jure Canonum sex traduntur, &
hisce versibus comprehenduntur.

*Debilis, ignarus, malè conscius, irregularis,
Quem mala plebs odit, dans scandala, cedere possit.*

*Vid. Dessel. cit. erot. tit. de renunciacione quæst. 5. & alios Dd. Quod
igitur Clericus renunciare possit, dubium non est, cum ea
quæ permilla sunt, libera cuique relinquuntur, nisi reperia-
tur prohibitus. Quod etiam procedere volunt, licet eò fine
renunciet, ut vel in eadem vel alia Ecclesia insignius munus
ambire possit: Quod & verum esse arbitramur, si utilitas &
ædificatio Ecclesiæ intendatur, non verò si ex avaritia aut
ambitione id fiat. Carpz. Jurispr. Consist. l. 3. d. 125. Desselius cit.
erot. de translat. Episc. quæst. 2. princ. Illud enim nullo modo to-
lerandum, cum inconueniens sit, eos, in quibus religio &
simplicitas vitæ morumque præfulgere debet, hisce & simili-
bus vitiis se submittere. Ne verò immodicè & indifferen-
ter ejusmodi renunciatio fiat & ad subitas irrationabilesque
mutationes & inconstantiam non probandam talis libertas
occasionem præbeat, provisum, ne Clericus officium & mi-
nisterium suum, (utpote publicum, & in quo magis utilitas
Ecclesiæ, quam privatum renunciantis commodum intendi-
tur) sine superioris permilla abdicare possit: Ad exemplum
militis, qui si semel nomen suum dedit, sine consensu Ducis
sui militam deserere nequit. Dessel. erot. Jur. Can. tit. de renunciat.
Uti namque Clericus beneficium non acquirit sine institutio-
ne Episcopi vel superioris, c. 1. X. de Institutionibus in oio: Ita nec
sine licentia superioris illud dimittere potest. arg. c. 3. §. in ec-
clesiis X. de privileg. & excess. Non verò, dum dimissionem
suam legitimè petit, contra conscientiam quid admittere cle-*

3.
Renunciatio
ob sex causas
J. Can. fieri
potest.

4.
Renunciatio
procedit ob
majorem uti-
litatem Ec-
clesiæ.

5.
Non tamen
privatâ auto-
ritate fieri de-
bet.

E 3

ricum,



ricum, dici potest. Potius enim secundum conscientiam facit, qui ædificationem Ecclesiæ & utilitatem pro fine habet. Quamvis verò Pontifex secundum mentem Pontificiorum, superiorem non habeat, adeoque videatur dicendum, eum ob deficientem superioris consensum non posse renunciare, tamen & ipsi hæc libera facultas competit: Quia quod aliis impertire potest, ipsi non denegandum. *Dessel. cit. tit. de renunciat. quest. ult.* De moribus & jure in hoc passu apud Augustanos recepto videatur *Carpz. Jurispr. Consil. l. 3. def. 125.* ad quem brevitatis studio Lectorem benevolum remittimus, qui per totam definitionem illud tractat,
usque dum

FINITUR.



Sci.

Scilicet ut celebrem conscendit Manlius olim
Tarpeiam, fufis hostibus ante fuis.
Sic quoque, Pieridum superato culmine Victor
Ingredieris toties pulpita facra Deæ.
Hinc quâ laude Themis fua corcula maçtat,
eâdem
Penfabit curas officiofa tuas.
Inunc & validum caufis te fiste Patronum,
Victor & ex omni parte beatus eas!

*Nobiliffimo Domino Autori ac Respondenti, Commensali
atque Inquilino fuo per dilecto de fingulari & folidâ in
omni jure, eruditione animitus gratulatur*

PRÆSES.

Durus uti fcopulus, quem fpumifer æftus a-
quarum
Impetit, obdurat, tumidasque everberat undas,
Stas gravis, & doctas vires oftendere mentis
Gaudes, dum licuit cathedram conscendere
Juris.
Quisque favet ftudiis; Pergas: procul atra recedit
Invidia, atque aliò liventia pectora flectit.

*Ita Nobiliff. Domino Respondenti conatu maxime lau-
dando cathedram conscensuro Juridicam
accinunt*

COMMENSALES.

Sic

Sic Musas coluisse juvat! Dum fata secundis
Nutibus aspirant, Ipsaque sacra Themis.
Felix Salaidum redeas patruelis ab ora
Et patriæ fausto limina tange pede.

*Ita Dn. Patrueli & Amico suo multum
colendo apprecari
voluit*

Christianus Reinhard/
L. L. Stud.

FINIS.



5



VIRIS

*Nobilissimis, Amplissimis, Consultissimis
& Prudentissimis*

DNN.

CONSULIBUS,
SYNDICO,
PRÆTORI,
CAMERARIIS,
ÆDILIBUS,

Nec non

Reliquis omnium Ordinum

In Electorali Saxonum sede Dresda

Senatoribus Spectatissimis

Dominis suis gratiosissimis

Salutem & Obsequia

V I R I
NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, CONSUL-
TISSIMI & PRUDENTISSIMI.

Extraneus quidem, si in originem in-
quirere placet, & non Vestrae civi-
tatis civis sum: Sed cum peregrinis
quoque non omnis aditus præcludi so-
leat, non est, quod dubitem, vel inter il-
los faltem, Vestrum ambire favorem. Non
quod in meis hætenus meritis ullam fidu-
ciam ponam, sed quia in eorum numero,
qui vel pro se vel aliis postulando limina cu-
riae Vestrae circumstant, & me locum ali-
quando inventurum, insigniter spero.
Hinc non mirabimini, quod extra me qua-
si abiense eam audaciam sumpserim, Vobis,
VIRI Nobilissimi, hoc exercitium Aca-
demicum, quam leve licet illud sit, offe-
rendi. Veniam rogare nefas puto, quia a-
mor Vester erga literas & Juris studium o-
mnem

mnem deprecationem excludit & averfa-
tur: Nec prolixior esse debeo, quia vel
hæc occupatis onerosa & ultra modum
diffusa videbuntur. Ideo, ut negotiis Ve-
stris scripturam meam accommodem, fi-
nio, & Vos Vestrasque pro salute Reipub.
curas Deo cordi, Vestro favori me inclu-
sum, & Vestris obsequiis officia
mea sacra esse voveo.

Vester, Viri Nobilissimi,

Obsequentissimus

THEODOSIUS CHRISTIANUS Stolze.

transmittunt & avertunt
in quibusdam rebus
hanc occupant & ultra modum
difficile videbuntur. Ideo, ut negotiis ve-
stris sollicitam mentem accommodem, si-
nio & vos vestrasque pro salute Reipub-
licae Deo cordi, vestro favori me inclu-
tum, & vestris obsequiis officia
mea facta esse voleo.

Vester, Viri Nobilissimi

Obsequentissimi

THEODORUS CHRISTIANUS

Deus, peccatoribus imperat. Adque communi hominum
cum suis, (magis) caritativum (obsequio) imperat.




Jena, Diss., 1678 A-C

ULB Halle

3


005 131 928




TA-OL

1678







B.I.G.

Farbkarte #13

~~XXVI.~~
~~1678,9~~
DECADEM
SITIONUM JU-
DICARUM

VENTE DEO
su atque autoritate
torum Ordinis in illustri
alana Academia

PRÆSIDE
VIRO

consultissimo & Excellentissimo
MATTHIA Jessen/
J. U. D.

Regiminis Saxo - Jenensis
Advocato Ordinario,
re & Hospite suo estimatissimo,
diem 25. Septembr.

publicè
ollegio Jctorum
disputabit

US CHRISTIANUS Stolze/
Pirnâ Misnicus.

J E N Æ,
H. JACOBI BAUHOFERI,
NNO M. DC. LXXVIII.